602

Inter Rozalinskie Coniuges et Dzieciolowskie atq Kozlowskie itidem coniuges mutua roboratio.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Gnsi Andreas Rozalinski et Constantia de Indrze primario olim Gnsi Alexandri Porembski ad praesens vero secundario nuptiis eiusdem Gnsi Rozalinski Coniuges legitimi ab Una et Alexander Dzieciolowski atq Cristina Porembska Coniuges cum Georgius Kozlowski et Anna Porembska inidem Coniuges parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes à Terris Districtibus Iudiciis Iurisdictioni buq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentiq vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se ac Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac expresse sunt recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem supraescripti Consortes cum Maritorum suorum assistentia et Plenaria ad infra recognoscenda Consensu sibi mutuo et invicem Una pars alteri ac posteris Uniusq partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentem Interpisam certam seu complanationem amicabilem inter se Reges ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Interpisa seu Complanatione Contentarum de Actu et data illius hic Premisliae Feria sexta post Dnicam Oculi Quadragesimae proxima Anno praesenti Confectam et Conscriptam manibus suis Recognoscentium propriis ab Utrinq atq Certorum amicorum in eadem Interpisa Contentorum Subscriptam In omnibus et singulis eiusdem Interpisae seu Complanationis amicabilis Conditionibus punctis Clausulis Articulis Vadiis legamentis ac nexibus quae in ipsis firmiter tenere Complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq et singulis eiusdem Intercisae seu Complanationis amicabilis Contentis tam in toto quam in parte totiesquoties opus fuerit satisfacere Interpisam praetactam seu Complanationem amicabilem ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam

nian et Inscriptionem praesentem roboratorias ad Solicitam Interessati Suis in toto referendo. Itaque Sub Vadio Summae Decem Millium Florenorum Polonicalium per partem parti cum posteris Utriusque partis ob non Completionem Contentorum Interessati praefati omnium et Singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum Succubito ac pro re de qua principali in Contentis Interessati praefati non completa complenda citata existens memorata pars Una praemissa non tenens sive eius posteri ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu Supraseripto quo ad renovationem spectat mediante sese in primo Citationis termino tanquam peremptorio Stare iuri parere tendere Vadium praefactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium Ubi et alios omnes exinde Consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios Vera infirmitate, pro maiori minorenitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad monumenta ad evictorem vel alium quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem Coherea Ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos dilationem Sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia pedius Simplicibus vel triplicatis exquisitionibus Suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Sed Sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem mutuo se quietant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Andreas Rogalinski et Constantia de Inedzie primario dum Generosi Alexandri Poremski ad praesens vero secundario nupta eiusdem Generosi Rogalinski coniuges legitimi ab Una et Alexander Brzuchowski atque Christina Poremska coniuges item Georgius Kozlowski et Anna Porębska itidem Coniuges parte ab altera, Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni ...